Heuior hic / alios ꝙ facis eſſe reos
Non refert / an ſis mediata vel immediata Henric⁹
Cauſa mali / ſola lex ad vtrumqꝫ facit.

De benefaciendo inimicis. Capitulum. xliiij

Si tuus eſuriens eſt aut ſiciens inimicus Aurora.
Eſcas offer ei / da potum ſicut amicus
Ignis carbones ſupra caput huic ita pones
Hic fit vt illius mens frigida / ſepe calore
Diuino feruens igneſcat fratris amore

De duobus preceptis caritatis. Capitulū. xlv

Est geminus legalis amor ∴ dilectio prima ē ∴ Arator
Que dominū vehemēter amat / cui deinde ſecūda
Que ſociat mortale genus / tamē incipit ante
Poſterior numero / ſequitur comitata ſecunda
Que prior eſt / ſic forma docet / niſi diligis inquit
Cernere quē potis es fratrem / quē cernere nō eſt
Neſcis amare deum / concordia nexa caleſcat
Ergo pari voto dominūqꝫ in pectore condat
Fratris amor / gemine ſibi ſit ſubſtancia cauſe

Explicit liber tercius.

Incipit liber Quartus de ira Diffinicio Ire. Ca. p̄.

Ira furor breuis eſt Inuoluens turbine mentem Oracius

De iudicio Ire. Capitulum. ij.

Ora tument ira nigreſcunt ſanguine vene Ouidi⁹.
Lumina gorgoneo ſeuius igne micant

Qꝛ in facie perpenditur affectus interior. Ca. iij.

Heu ꝙ̄ difficile eſt / crimen non prodere vultu Idem.
In facie legitur hominis ſecreta voluntas
Eſt facies animi lingua ſecunda ſui
Certe difficile eſt abſcondere pectoris eſtus Maxim⁹
Panditur et clauſo ſepius ore furor

Juuenal Deprendas animi tormenta latentis in egro
Corpore/ deprendas et gaudia/ ſumit vtrumqꝫ
Inde habitum facies .·. docti non errat acumen
Judicis/ archanū mentis in ore legit

De vicio Ire. Capitulum.iiij.

Otto Gaudet permiſſis et laxis mens fera frenis
In ſcelus omne ruit confundens faſqꝫ nephaſqꝫ
Thobias Gaudet in afflictos ſeuire nouerca poteſtas
Juſticie/ ſceleris ira miniſtra viget
Hac regnante iacet virtus preſcribit honeſto
Impietas/ racio deſipit/ alget honos

Qꝫ miſerum ſit ſeruire Iracundis. Capitulū.v.

Eſopus Ne miſere ſeruire ſciat/ qui ſeruit iniquo
Parcere ſubiectis neſcit iniquus homo
Alanus Libertas ſiquidem populi quem regna coherceant
Libertate perit/ cuius ſeruaueris vmbram
Si quicquid iubeare velis/ tot rebus iniquis
Paruimus victi/ venia eſt hec ſola pudoris
Degeneriſqꝫ metus/ nil iam potuiſſe negari

De iracundia mulierum Capitulū.vi.

Juuenā. Nulla fere cauſa eſt/ in qua non femina litem
Mouerit/ et belllum.·. Minor ammiracio ſumis
Debetur/ monſtris/ quociens facit ira nocentem
Hunc ſexum/ et rabie iecur incendente/ feruntur
Precipites vt ſaxa iugis abrupta/ quibus mons
Subtrahitur/ cliuoqꝫ latus pendente recedit
Illa ego tulerim/ que computat/ et ſcelus ingens
Sana facit fame ſecuta/ ſuiqꝫ pudoris
Intolerabilius michil eſt quam femina diues
Juuenal Tunc grauis illa viro/ tunc orba tygride peior
Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti

Aut odit pueros / aut ficta pelice plorat
Uberibus ſemper lacrimis / ſemperqz paratis ;
In statione ſua / nichil eſt audacius illis
Deprenſis / iram atqz animos a crimine ſumunt

Ꝙ iracundi odioſi ſint. Capitulum. vij.

Extera precipue capit indulgencia mentes Ouidius
Aſpitas odium / ſeuaqz bella mouet
Odimus accipetrē quia ſemper viuit in armis
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos
Ac caret inſidijs hominum quia mitis hyrūdo eſt
Quaſqz colit turres chaonis ales habet

Ꝙ Ira statim ſit reprimenda. Capitulū. viij.

Irā non teneas .·. animū rege / qui niſi paret .·. Oraci.
Impat / hunc frenis / hunc tu compeſce cathenis
Sed nūq̄ deceris ſpacioſum tempus in iram
Sepe ſimultates / ira morata facit
Vt fragilis glacies interit ira mora
Periculus ad petrā furor elidatur vt ira Thobias
Sepita / pereant ſciſmata regnet amor
Non interficies .·. Qui non moderabitur ire :· Oracius
Infectum volet eſſe dolor quod ſuaſerit / et mens
Dum penas odio per vim feſtinat in vlto

Ꝙ ex Ira odium generetur Capitulum. ix.

Ira modum neſcit / nam concipit illa furorez Aurora.
Ac odium generat extinguens fratris amorem
Nil odio peius fugat omne bonum locus eius
Ira odium generat concordia nutrit amorem Catho

Ꝙ nobilium ſit placabiliter iraſci. Capitulū. x.

Quo quiſqz eſt maior magis eſt placabilis ire Ouidius
Et faciles motus mens generoſa capit
leniter iraſci rex leniter incipe / primum Iſengrinus

Precipites torquet tardior vſqꝫ dies.

¶ Qꝫ Ira per verba ⁊ lacrimas decreſcat. Cap. xi.

Maximꝰ Non intellecti nulla eſt curacio morbi
Sed magis incluſis ignibus antra fremunt
Querulꝰ Decreſcit dolor ad gemitus ſed clauſus habundat
Plus ire quociens clauditur ignis habet
Ouidiꝰ. Eſt aliquid fatale malum per verba leuare
Strangulat incluſus dolor atqꝫ cor eſtuat intus
Cogitur ⁊ vires multiplicare ſuas
Ouidi. Aſpera perpeſſis eſt quedam flere voluptas
Expletur lacrimis egeriturqꝫ dolor
Temporis officium eſt ſolacia dicere certi
Cum dolor in curſu eſt et petit eger opem
At cum longa dies ſedauit vulnera mentis
Intempeſtiue qui mouet/ illa nouat

¶ De vitandis contẽtionibus ¶ Capitulũ. xij

Thobias Esto pacificus/ fuge iurgia/ vincula pacis
Celico ſunt anime papula/ corpus alunt
Aurora. Incidit in diras lites qui prouocat iras
Catho. Contra verboſos noli contendere verbis
Sermo datur cunctis animi paciencia paucis
Ouidiꝰ. Iurgia precipue vino ſtimulata caueto
Et nimium faciles ad fera bella manus

¶ Qꝫ non ſit contendendum cum amico. ¶ Cap. xiij.

Catho. Litem inferre caue cum quo tibi gracia iuncta ē
Aduerſus notum noli contendere verbis
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit
Oracius Ludus enim genuit trepidum certamen/ et iram
Ira truces inimicitias et funebre bellum
Ouidius Eſte procul lites et amare ꝓlia lingue
Lenibus eſt verbis dulcis alendus amor

Candida pax homines trux decet ira feras

Ne quis iratus de re incerta contendat. Cap. xiiij

Iratus de re incerta contendere noli — Catho
Impedit ira animū ne poſſit cernere verum.

Q' non cito ſit reſpondendum. Capitulu3. xv.

Qui prius auditu reſpondet / ſtultus habetur — Aurora.
Si taceat cautus et prudens eſſe videtur
Conſulit aſtutus ſibi / non facit hoc homo brutus

Qualiter vitentur lites. Capitulū. xvi.

Ut ceſſent lites illudentem tibi vites — In eodem
Litis preterite noli maledicta referre — Catho
Durus atrox / oris ſermo parit arma furoris — Aurora
Iras ſuſtollis ſi ſit reſponſio mollis
Si ſermo lenis ſi ſit reſponſio mollis
Cordis duriciam ſocij de pectore tollis

Q' verba pro verbis ſoleāt reddi. Capitulū. xvij.

Dulcia pro dulci / pro turpi turpia reddi — Eſopus
Verba ſolent / odium lingua fidemq3 parit
Qui dampnat mala fata leuat / qui lenit acerbat — Querul9
Irritant animos fortia dicta graues

Q' prudentes non debent attendere v̄ba ſtultoru3

Nobilitas fortis riſū ɔtēpnit inertis Ca. xviij — Eſopus
Nec ſtolido debet ledi prudencia riſu
Nec ſtolidus doctum debet adire ioci3

Q' verba vxoris ſunt toleranda. Capitulū. xix

Coniugis irate noli tu verba timere — Catho
Nam lacrimis ſtruit iſidias cum femina plorat
Vxoris linguā ſi frugi eſt ferre memento
Namq3 malū eſt non velle pati / nec poſſe tacere
Turpe vir et mulier modo iuncti / protinus hoſtes — Ouidius
Non illas lites comprobat vll9 homo

Ne quis aliquē in furia positum arguat. Cap̄. xx.

Idem. Dum dolor in cursu est currenti cede furori
Difficiles additus impetus omnis habet
Parcendum est animo miſerabile vulnus habenti
Mensq̧ pati durum ſuſtinet egra michil
Tempore ducetur longo fortaſſe cicatrix
Horrent admotas vulnera cruda manus
Deſine crede michi vicia irritare tando
Curando fieri quedam maiora videmus
Vulnera / que melius non tetigiſſe foret
Hoc genus est hominū qd cum medicabile non ſit
Non contrectari tucius eſſe puto
Peior ab ammonitu ſit ſtatus ipſe boni
Vidi ego nuper equū contra ſua vincula tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo
Conſtitit / vt primū conceſſas ſenſit habenas
Frenaq̧ in effuſa laxa iacere iuba

Vt amici inſtanter ſint monendi. Capitulū. xxi.

Catho. Dum moneas aliquē nec ſe velit ipſe moneri
Si tibi ſit carus noli deſiſtere ceptis

Vt plus ꝓſit correptio v̄boꝝ iuſto q̄ verba ſtulto

Autora. Plus prodeſt docto ſolū iuſti documētū ca. xxij
Per qd corripitur / q̄ ſtulto verbera centum
Iuſtus enim paciens mordentem non reprehendit
Sed pro nequicie verbis / pia verba rependit
Sed cordi reprobo ſi porrigis vtile verbum
Hunc tua ſepe magis correptio reddit acerbum

Ne q̄s aliū arguat q̄ eſt metipſe criminoſꝰ. c. xxiij

Hinricꝰ Non alios curat / qui ſe male negligit egrum
Omne quod ē ſuimet tendit adeſſe ſuum
Iuuenal' Obſcenis rubet auditor cui frigida mens eſt

Criminibus/tacita ſudant precordia culpa
Frontis nulla fides/quis enim non vicus habundat
Triſtibus obſcenis/caſtigas turpia/cum ſis
Inter ſocraticos notiſſima foſſa cynedos
Loripedem rectus derideat/ethiopem albus
Quis celum terris non miſceat/et mare celo
Si fur diſpliceat verri/aut homicida miloni
Claudius accuſet mechos/catilina cethegum

¶ Quod homines naturaliter teneantur ad mutuam ſocietatem. ¶ Capitulum.xxiiij. Iuue.

Ingenium/mite/blandum. . . Molliſſima corda
Humano generi dare ſe/natura fatetur
Que lacrimas dedit/hec noſtri pars optima ſenſus
Plorare ergo iubet cauſam lugentis amici
Squaloremqꝫ rei pupillum ad iura vocantem
Circũſcriptorem/cuius manancia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli
Nature imperio gemimus cum funus adulte
Virginis occurrit/vel terra clauditur infans
Et minor igne rogi/quis enim virtute coruſcus
Vlla aliena ſibi credat mala/ſeparat hic nos
A grege brutorum/atqꝫ ideo venerabile ſoli
Sortiti ingenium/diuinorũqꝫ capaces
Atqꝫ exercendis/capiendiſqꝫ artibus apti
Senſum a celeſti demiſſum traximus arce
Cuius egent prona et terram ſpectancia mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantũ animas/nobis animũ quoqꝫ mutuus vt nos
Effectus/petere auxilium et preſtare iubetur
Diſperſos trahere in populũ/migrare vetuſto
De nemore/et patris habitatas linquere ſiluas

Edificare domos / laribus conſurgere noſtr̃is
Tectum aliud / tutos vicino limine ſompnos
Ut collata daret fiducia / protegere armis
Lapſum / atqz ingenti nutantē vulnere ciuē
Cōmuni dare ſigno tuba et defendier hijſdē
Turribus / atqz vna portarum claue teneri
Sed iam ſerpentum maior concordia / p̃cit
Cognatis maculis ſimilis fera / quādo leoni
Forcior eripuit vitam leo / quo nemore vnq̄
Expirauit aper maioris dentibus apri
Aſt homini ferrum letale incude nefanda
Produxiſſe parum eſt / cum raſtra ac ſarcula / tantū
Aſſueti coquere et marris ac vomere laſſi
Neſcirent primi gladios extendere fabri
Aſpicimus populos quorum non ſufficit ire
Occidiſſe aliquē / ſed pectora / brachia / vultum
Crediderint genus eſſe cibi / quid diceret ergo
Vel quo non fugeret ſi nunc hec monſtra videret
Pytagoras / cunctis animalibus abſtinuit qui
Tamq̄ homine / et ventri indulſit non omne legumē

Qz ſerui corripiendi ſunt atqz domandi. Cap̄. xxv

Catho. Seruorum ob culpam cum te dolor vrget in iram
Ipſe tibi moderare / tuis vt parcere poſſis
zozimas Hos coram pungas / modo verbis verbera iungas
Alexād. Ulcio non bellum eſt / ſeruos vbi ſceptra rebelles
Corripiunt / captoſqz domant / patriamqz tuentur
Arator. Stat facti manifeſta fides facit eſſe fidelem
Exempli menſura ſui / tandemqz coactum
Bñ. pal. Pena magiſtra docet dominū ne reſpuat vltra
Fac bene ſeruorum genus emenda tumidorum.

Qz non ſit exquirenda vltio. Capitulū. xxvi

Omne in p̄cipiti vicium ſtat/ plurima felix Juuenal'
Paulatim vicia atqꝫ errores exuit omnes
Prima docens rectum ſapiencia/ quippe minuti
Semꝑ et infirmi eſt animi/ exiguiqꝫ voluptas
Vlcio continuo ſic collige/ ꝙ qꝫ vindicta
Nemo magis gaudet ꝙ̄ femina fraudis amica
Qꝫ vīdicta ſit differēda donec q̇eſcat ira Ca·xxvij
Vindictam differ donec pertranſeat ira Alexād·
Qualibet infirmas adiuuat ira manus Ouidius
Res aperit ꝙ cā gerit·prius eſſe negat Arator ·Dares
Vnda fluens/ ignis vrēs/ ſpirabilis aer
Quā dictet facienda furor·Cum plurima poſſis ·Gāſri
Poſſe modum ſeruare velis/ memor imprime menti
Quādo nocere potes noli/ ſatis eſt nocuiſſe
Poſſe nocere/ michil facias quod poſtmodo velles
Non fieri/ ſed ſit mens cauta preambula facti
Qꝫ poſt vindictā non ſit ira retinenda· Cap̄·xxi· Alexād
Nec meminiſſe velis odij poſt verbera·namqꝫ ·Catho
Poſt inimicicias ire meminiſſe malorum eſt ·Dares
Crimina dant aīos·multis ſera furorē Gera
Tempat et penis tandem ſaciata ſupremis
Illaudata feros differt demencia vultus Yſengrin⁹
Quos viles fugit ira/ negat ſe gracia dignos
Nobile plus odium ꝙ̄ miſer ornat amor
Exhibitis reſpondet amor quibus ira negatis
Et quādoqꝫ iuuat diſpliciuiſſe prius
Federa poſt iram redeuncia firmius herent
Peius vt admiſſum gracia fracta facit
Qꝫ mine nō ſemꝑ habeāt effectū· Capitulū·xxix·
Sepe minus faciunt homines qui magna locūt Eſopus.
Et quid velle malum quid poſſt grande minari Otto

Quid vero nociuos iuuat attemptare labores
Difficilis labor eſt/fluctus euincere nādo
Non ſemper motis funduntur nubibus ymbres
Pāphilꝰ Dat mare ſepe metus/nulla pericla tamē
Otto Non ſemper metas ferit in quas mittitur arcus
Yſengrīnꝰ Nec quo dirigitur peruenit vſqꝫ lapis
Alanus Non ferit aſſidue telum quodcūqꝫ minatur
Hinricꝰ Viribus obicere vires non expedit/ymo
Blandicijs poteris exuperare minas

Ut alijs faciamꝰ que nobis fieri volumꝰ. Ca. xxx.

Thobias HEc alijs facies que ſcis tibi cōmoda/nulli
Fac/que facta tibi perniciosa putes
Otto Felix vindicta que victo dona dat hoſti
Hac ſuperent hoſtes/hac vincant clade tiranni
Ouidiꝰ. Eſt etiam miſeris pietas et in hoſte probatur.

Ꝙ ſ̄m modum culpe pena ſit moderanda Ca. xxxi

Autora. IUxta menſuram culpe/menſura ſequatur
Pene/qui recte iudicat illud agit
Alexād. Inſonti facile eſt excuſandi reperire
Verba/tenere modum/miſero non eſt leue/proſit
Simplicitas iuſto noceatqꝫ nocencia ſonti
Oracius Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum
Diuidat vt bona diuerſis/fugienda petendis
Nec vincet ratio/tantūdem peccet/idemqꝫ
Qui teneros caules alieni fregerit orti
Et q̄ nocturnus ſacra diuum legerit/aſſit
Regula peccatiſqꝫ penas irrogat equas
Nec ſcutice dignū horrabili ſectere flagello

Ꝙ ꝓpter violenciam potentū inuente ſunt leges. Ca. xxxij.

Ouidiꝰ. EDe date leges/ne forcior omnia poſſit
Ceptaqꝫ ſunt merita tradita ſacra coli

Exuitur feritas / armiſqz potencium equum eſt
Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus
Iura inuenta metu iniuſti fateare neceſſe eſt
Tempora ſi faſtoſqz velis euoluere mundi. — Oracius

Q crudeles nullũ credant miſericordem. Ca. xxxiij

Deſperare ſolent alios in tempore duro — Alexãd.
Eſſe miſerturos alijs hij qui miſereri
Non vellent / ſi fata darent contraria fila
Inclementis homo mentis male coircit ex ſe
Karaqz humane ſedeat clemencia menti

Q liceat vim vi repellere. Capitulum. xxx.

Vnde me fraus eſt conceſſa repellere fraude — Ouidius
Armaqz in armatos ſumere iura ſinũt
Iure poteſt ledi ledens vt ledat in illum — Eſopus
Vnde breuis cepit leſio magna redit

Q hoſtis non ſit nimis timendus. Capitu. xxxv.

Sepe gerit nimios cauſa puſilla metus — Eſop⁹
Ne timeas ſeu forte times / aſſume timentis — Ganfrid
Non animum timidi / quãdo ſubit hoſtia mentis
Sit timor hoſtes ibi / non incola / diſce timere
Si timeas ſine teſte time mentiſqz timorem
Ignoret facies / quia ſi timor intimus ora
Carpit et emarceat animus iocundior hoſtem
Nutrit et impugnat / et gaudia ſuggerit illi
Exuget tua membra dolor / conſulcius ergo
Si timor incurret animuz ſimulatio vultum
Erigat / et dipto vultus ſuccurre timori
Vt ſi mens timeat / facies velud ipſa timeri
Immo magis ſperare velis / pudeat qz timẽtẽ
Vulgari pallem metu ſi poſſibile ſit / arcuz
Dilatez animuz / ſi corpus debile / mens ſit

Fortis / et exiguas vires ſupplē memento
Spe grandi facti leuitas cuicumqȝ rebelli
Fit grauis et grauitas animo cuicumqȝ volenti
Fit leuis / ergo velis / et erit leuis nulla vereri

¶ Q' vtus ducis milites corroboret Capitulū·xxxvi

Lucanus
SI vires penſes ·:· ſi veris magna paratur
Fama bonis / et ſi ſucceſſu nuda remoto
Inſpicitur virtus / quicquid laudamus in vllo
Maiorum fortuna fuit paciencia queſtus
Exonerat cogit / ſummos perferre labores
Summa ducis virtus / ſtimulos dedit emula virtus
Dum preit in mēte ſit cencior enſe triumphus
Plus ptachus mente pugnat q̄ viribus hector
Sed gerit vtilius bellum qui pugnat vtroqȝ·

¶ Q' occiſo duce fugiat exercit⁹ Capitulū·xxxvij·

Dares
NOn ſe turba regit ceſo duce tota ſequētum
Debilis egreſcit virtus arma ipſa videntur
Alexād·
Poſſe minus ·:· parceſqȝ labant ſumma mouentur
Cumqȝ caput micat turbari membra neceſſe eſt

¶ Q' non ſit parcendū hoſtib⁹ i bello Capi·xxxviij·

Eſopus
SI non vis alijs parcere / parce tibi
Alexād·
Non veriſimile eſt alieno parcere queq̄
Qui ſibi non pcit gladio qui parcit in hoſtem
Ipſe ſibi eſt hoſtis vitam qui prorogat hoſti
Derogat ipſe ſibi non eſt clemencia bello
Hoſtibus eſſe pium / grauis eſt ſibi dignaqȝ cedi
Cedis parca manus / ſegnes incurrere mortez
Dum penitent audent ſed non occurrere mortis
Lucan⁹
Parcere ſubiectis ſcit nobilis ira leonis

¶ De fuga· ¶ Capitulū·xix

Otto
IN trepidante fuga vel nulla vel vltima vtus

Q̄m trepidi laudant poſt prelia ciue recepto
Dum bene qui fugit caute pugnaſſe ꝓbatur
Utiliuſq; putant ꝓfugi calcaribus uti
Q̄m gladio tergoq; geri / q̄ꝑ pectore ſautium
Cominus ardentis quociens capiti timor enſis
Imminet eſt alia grauior mors nulla timori
Sirtia ſi ſapies fugias ꝑor / ultimus inſtes · Geta
Nil poterit iuſta tucius eſſe fuga

Q̄ꝫ viri non debeant nimis dolore de aduerſis ·
Capitulum · xl ·

Ut grauiter doleant nō pertinet ad ſapientez · Eſopus
Cum dolor ad dominū ꝑnia nulla ferat
Ponamus nimios gemitus flagrancior equo · Iuuenal
Non debet dolor eſſe viri nec vulnere maior
Cui ſua vita nocet caueat ſibi rumpere vitaz · Eſop⁹ ·
Non nece ſed meriti iure quieſcit homo
Mors melior neſcire datam q̄ꝑ perdere vitam · Hedul⁹
Nobilis et · · fortis animi eſt contempnere mortez · · Alexā ·
Non odiſſe tamen vitam ſed amare virorum eſt
Degeneres et quos conſtat tedere laboris
Compelluntur ad hoc vt vitam ducere vile
Quid reputet quid mirum ignauis viuere eſt
Econtra nichil eſt / q̄ꝑ fortis et ardua virtus
Linquat inexptum mouet omnia ⁊ omnia temptat
Gloria maior erit robuſtis enſe pire
Q̄m corpore fame nulloq; neceſſitate necari

De paciencia dei · Capitulū · xli ·

Multa diu differt ſummi paciencia regis · Proſp
Suſpendens equi pondera iudicij
Et dum plectandis parcit clemencia factis
Dat ſpacium vt pereant crimina / non homines

Cum datur iniuſto peccandi optata voluptas
Vt mala mens praue quod cupit efficiat
Prudēcius Ira eſt magna dei que multos ſit quoqꝫ punit
Vt quibus exultant criminibus ꝑeant
Creſcit enim occulte cum longa pena reatu
Auſibus illicitis ſi nichil obſtiterit
Zozimas Hic licet hic tutus ſic felix praua ſecutus
Iudicium grauius deus irrogat auſibus huius
Continuatqꝫ grauis clemencia proſpera prauis
Pares Cumqꝫ diu parcit tandem premit vlcio noxas
Tunc grauior cum corda venit tunc plena timoris
Cum terrore caret blanda nil ſeuius ira
Iuuenal' Vt ſit magna tamē certa lenta ira deorum eſt
Ouidius Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis

## De flagello dei et eius vtilitate· Capitulum ·xlij·

Proſp Verbere non nūq̄ caſtigat corde paterno
Ne cito conſumant/ſeua flagella reos
Hic pietate dei terrarum non vacat orbis
Et nichil eſt quod nos non trahat ad veniam
Cum rex ſaluandis ipſa quoqꝫ conſulit ira
Et curat medicus vulnera vulneribus
Cum deus ex certa peccantes verberat ira
Vt norint homines quid mereantur agit
Nam dum mortalis paguntur tempora carnis
Auxilium miſeris ipſa flagella ferunt
Et vindicta breuis ſic noxia crimina finit
Ne ſine fine habeat debita pena reos
Tobias Hic famulos temptat deus vt paciencia preſtet
Exemplum/quaſi ſol collaterale iubar
Quod fornax auro/q̄ ferro lima/flagellum
Meſſibus/eſt iuſtis aſperitatis onus

Qui modo torquetur neſcit ꝙ magna lucretur Zozimas
Alea fortune fortes examinat / aurum Thobias
In fornace / fides an pietate nitet
Fidet in aduerſis virtus / non mergit honeſtum
Propoſitum / merſe proſperitatis hyems
Nomine paſſa dei redolet tribulatio / paſcit
Paſſio / delectat leſio / pena ſapit.

De flagello dei pacienter tolerando. Capitulū. xliij

Leniter ex merito quicq̄d paciare ferendum eſt Ouidi9.
Que venit indigne pena dolenda venit
Specta cottidie domini ſuffragia / ſpera Thobias
In domino / dominū dilige / ſanus eris
Eſt pietas pregrata dei .: regniqꝫ voluptas .: Arator
Eterno pro rege pati .: predulce flagellum .: Thobi
Virga decens / vulnus vtile ſuaue iugum
Verba pij patris ſunt verbera grata / medetur
Vulnere / verberibus mulcet amore domat
Elimat / recoquit figulus ſua vaſa / flagellat
Quas recipit medico vulnere paſtor oues
Cum furitatqꝫ ferit deus / olim Parcere querit Zozimas
Aſpera mellificat / ſola eſt que conterit hoſtem Thobias
Virtuteſqꝫ regit paciencia / ſola triumphis
Militat innocuis .: gaudet paciencia duris .: Luca.
Nam virtus vidua eſt / quā non paciencia firmat Prudēci9
Maxima enim morum eſt ſemꝑ paciencia cuſtos
Inter ſpem curamqꝫ timores inter / et iras Oracius
Omne crede diem tibi diluxiſſe ſupremū
Grata ſuperueniet que non ſperabitur hora
Nam non certanti nulla eſt ſperanda corona Proſꝑ
Palmā quā capitur / gloria finis habet.

Explicit Liber quartus .: